

Dokumente

über die Weihe unserer Klosterkirchen

(Fortsetzung)

20. Sarnen / 1897

Joannes Fidelis, Episcopus Curiensis etc. Has præsentis, inspecturis Salutem! Fidem facimus et attestamus, quod Nos anno Domini MDCCCLXXXVII, die 30. mensis Maji, consecravimus novam ecclesiam ven. Monasterii Ordinis Capucinorum in Sarnen, pagi Subsylvaniæ Superioris, p. t. Administrationis Nostræ Curiensis in honorem S. Fidelis a Sigmaringa, una cum tribus Altaribus in ea existentibus, in quorum primo in Choro in honorem S. Fidelis a Sigmaringa et S. Pauli Apostoli erecto, Reliquias SS. MM. Fidelis a Sigmaringa, Abundantii et Diodori; secundo ad cornu Evangelii in honorem Beatissimæ Mariæ Virginis, S. Joseph, S. Francisci et S. Claræ, Reliquias SS. MM. Abundantii, Diodori et Theodori; in tertio ad cornu Epistolæ in honorem S. Antonii de Padua et B. Nicolai de Rupe, Reliquias SS. MM. Abundantii, Diodori et Felicis inclusimus et anniversario singulis Christi fidelibus hodie unum annum, in die vero consecrationis anniversario ipsam devote visitantibus, quadraginta dies de vera Indulgentia in forma ecclesiæ consueta concessimus; denique Dedicationis ecclesiæ et altarium huiusmodi anniversario Dominica ultima mensis Maji annuatim celebrandum statuimus.

In quorum fidem etc. die, mense et anno, ut supra.

Kopie in
Provinz-Archiv Cista 6 F. 35

Joannes Fidelis Epus
Dr. Georg Schmid von Grüneck
Cancell. episcopalis

21. Schwyz / 1621

Illustres ac Potentes Dni Suitenses exstructo ante plures annos in vicino colle templo ac Monasterio Fratribus Congregationis Capucinorum tandem ex singulari zelo honoris Dei et devotione erga Seraphicum Ordinem, necnon pro majori populi commoditate, Summo Pontifice sic annuente, hoc magnificum Templum una cum Monasterio iisdem Fratribus Capucinis inhabitandum ædificarunt. Quod Nos Joa. Antonius, Dei et Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Tiberiadis, Reverendissimi Patris ac Illustrissimi Principis et Domini, Domini Jacobi Episcopi Constantiensis in Pontificalibus Vicarius generalis Anno Dni MDCXXI, Die vero xxx mensis Maji, consecravimus in honorem Gloriosissimæ Virginis Mariæ assumptæ et Omnium SS. Apostolorum. Altaria vero tria in eadem exstructa: Principale seu majus ad laudem ejusdem B. V. Mariæ, omnium SS. Apostolorum et S. Bonaventuræ, inclusis eidem Reliquiis de SS. Luca, Innocentibus, Petro Apostolo,

Margarita et de Societate S. Mauritii et S. Ursulæ. Secundum a cornu Evangelii ad honorem SS. Caroli, omnium Angelorum et S. Claræ, Reliquiis de S. Petro Martyre, Sergio, Agatha, Societate S. Mauritii et S. Ursulæ impositis. Tertium a parte Epistolæ in honorem SS. Patris Francisci, duodecim Martyrum Ordinis Minorum et S. Antonii de Padua, additis de SS. Othmaro, Sergio, Udalrico et Lucia Reliquiis. Singulis Christi-fidelibus hodie unum Annum et in die anniversaria Dedicationis, qui Domini-ca prima post Octavam Corporis Christi, celebrari statuimus, Ecclesiam devote visitantibus, 40 dies de vera Indulgentia, in forma Ecclesiæ consueta concedentes. In quorum fidem et testimonium præmissum præsentibus litteris manu propria subscriptis, Sigillum Pontificale nostrum appendi curavimus. Datum, ut supra.

Kopie im Provinz-Archiv, Cista 6 C, 7.

22. *Landeron* / 1455

Nos Franciscus [de Fuste O. F. M.] Dei et Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Grenadensis Dmni Georgii de Salutiis Episcopi Lausannensis vicarius et suffraganeus. Notum facimus... sub anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo quinto die lunæ in vigilia sanctorum Simonis et Judæ Apostolorum quæ fuit vicesima septima mensis octobris consecravimus Capellam et altare in oppido Landeron dictæ Lausannensis dioces... in honorem sanctorum decem millium martyrum.

23. *Solothurn* / 1633

Nos Joannes Henricus Dei et Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Basiliensis omnibus et singulis has litteras inspecturis notum facimus, quod anno a Nativitate Domini nostri Jesu Christi supra millesimum sexcentiesimum trigesimo tertio, indictione prima, Pontificatus SSmi. in Christo Patris ac Domini nostri D. Urbani VIII divina providentia S. Patris anno decimo, die mensis Augusti 14. in Monasterio FF. Minorum Capucinorum Lausannensis Diœcesis ad civitatem Solodorensis sito existentes, et de speciali indulto ac permissione Reverendissimi Domini D. Joannis pariter Dei et Apostolicæ Sedis gratia Episcopi Lausannensis Templum prædicti Monasterii et summum ejus altare in honorem B. M. Virginis Annuntiatae et B. Mariæ Magdalenaë, secundum vero in honorem S. Sebastiani Martyris et S. P. Francisci Conf., Tertium itidem quod est ad sinistram ingredientis in honorem S. Josephi Confessoris et SS. Angelorum dedicavimus et consecravimus: in iisque omnibus reliquias de Societate SS. Ursi et Victoris MM. et alias innominatas sive earum pulveres inclusimus. Statuentes et cupientes ut non solum anniversaria dies consecrationis huiusmodi quotannis Dominica ante festum S. Verenaë Virg. et Mart. solemniter celebretur; sed etiam altaria congruis honoribus sæpius

frequententur, Nos de Omnipotentis Misericordia confisi singulis Christi fidelibus ante dictum templum et altaria in præfata annua Dedicationis et Consecrationis die devote visitantibus 40 dies de vera indulgentia in forma Ecclesiæ consueta concedimus. In quorum fidem hos Pontificali nostro sigillo muniri curavimus. Anno, mense, die, quibus supra.

Kopie im Provinz-Archiv, Bd. 79 S. 224 und Bd. 116 S. 202.

24. Appenzell / 1590 / 1612 / 1688

1. Anno Domini Millesimo quingentesimo nonagesimo die vigesimo secundo mensis Julii consecrata est Ecclesia Monasterii FF. Capucinatorum Abbatisellæ a Revmo. D. Baltasaro Epo. Ascolensi et Suffraganeo Constantiensi una cum Altari in Choro ad laudem et gloriam Dei Omnipotentis et in honorem B. M. Virginis Purificationis: S. Bonaventuræ et S. Ludovici Eppi. Tolosani et Regis. Reliquiæ huius Altaris sunt: Ss. Petri et Pauli Apost.: S. Menradi Martyris, S. Catharinæ Virginis et Martyris et aliorum.

Anniversarius Dedicationis dies celebrabitur proxima Dominica post festum S. M. Magd.æ

2. *Altarweihe.* Anno 1612 die 14. mensis Sept. Nos Joannes Jacobus Dei et Apostolicæ sedis gratia Eps. Sebastiensis Suffraganeus Canonicus et Custos Cathedralis Eccl.æ Constantiensis, consecravimus duo Altaria in monasterio PP. Capuc. celeberrimi Pagi Appenzellensis. Primum quidem ex parte Evangelii in honorem S. Caroli Borromæi et 14 Auxiliatorum ac reliquiis de veste S. Caroli et SS. Ursi, Hyppoliti, Innocentium et S. Verenæ in eo inclusivimus.

Alterum vero ex parte Ep.æ consecravimus in honorem S. Bonaventuræ, Francisci, Ursi et Sociorum, nec non S. Ursulæ et Sociarum, ac reliquias SS. Petri et Mathiæ Apost., Christophori Conf. et SS. Ursulæ et Sociarum in eo inclusivimus, singulis Christifidelibus hodie unum annum, et in anniversario Consecrationis eorundem prædicta Altaria visitantibus quadraginta dies de vera indulgentia in forma Eccl.æ consueta concedentes.

Joan. Jacobus

Klosterarchiv Appenzell B 2.

3. Anno 1688 23. Apr. Ecclesia antiqua demolita ac nova maior erecta est. Dedicavit et consecravit istam novam Ecclesiam 1688 die 12. Septembris Rmus et Ampl. D. D. Wolfgangus Ep. Dardaniensis et Suffraganeus Constantiensis sub Titulo ac Patrocinio Purificationis B. M. Virginis. (Provinzarchiv Cista 6 L, 14; Bericht von 1826). Die Weiheurkunde war früher in der Kirche aufgehängt und ist verloren gegangen.

Um das Jahr 1860 entnahm ein Historiker der damals erhaltenen Tafel folgende Notizen: „Am 12. September 1688 (folgte) die Weihung der zweiten (Kirche) mit drei Altären, nämlich des Hochaltars der h. Maria Lichtmess, des Altars rechts S. Joseph und des Altars links

U. L. Frau. Die Feier des Kirchweihfestes wurde auf den ersten Sonntag nach dem Feste des h. Matthäus Ap. festgesetzt“ (A. Nüscheler, Die Gotteshäuser der Schweiz, 2. Heft [1867] S. 62).

25. *Rigi-Klösterli (Hospiz) / 1721 / 1932*

1. Consecrata ac dedicata hæc capella est anno 1721 9 Octobris a R.mo et Ampl.mo D. D. Ferdinando Geist, Suffraganeo Constantiensi sub Titulo et Invocatione B. V. Mariæ ad Nives; habet Altaria tria (Provinzarchiv Cista 6J, 5; Bericht vom Jahre 1726.) Weiheurkunde fehlt. Wahrscheinlich war sie ehemals in der Kirche aufgehängt und verloren gegangen.

Nach der (noch nicht gedruckten) Kirchengeschichte des Kt. Schwyz von Th. Faßbind weihte der Bischof fünf Altäre: den Hochaltar zu Ehren der göttlichen Mutter, den Altar zur Rechten zur Ehre des hl. Franziskus von Assisi, den zur Linken zur Ehre des hl. Antonius von Padua. Die zwei andern befinden sich ob den beiden Sakristeien neben dem Hochaltar und werden nur bei großen Priester-Konkursen gebraucht (Provinzarchiv Bd. 131 S. 114). Der Jahrestag der Kirchweihe wird am letzten Sonntag im August gefeiert.

2. *Altarweihe.* Laurentius Matthias, Dei et Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Curiensis etc. . . .

Has præsentis Inspecturis Salutem et Benedictionem in Domino!

Fidem facimus et attestamus, quod anno MCMXXXII, die 17 mensis Julii Revmus et Illmus DD. Eppus Dr. Laurentius Matthias Vinzenz consecravat Altare Sacelli Rigiklösterli in honorem Beatissimæ Mariæ Virginis, reconditis reliquiis sancti Fidelis a Sigmaringa, sanctæ Lætantiae Mart. et sancti Wolfgangi Confessoris, et singulis Christifidelibus hodie unum annum, in die vero consecrationis anniversario ipsum devote visitantibus quadraginta dies de vera Indulgentia in forma Ecclesiæ consueta concessit.

In quorum fidem etc.

Laurentius Matthias
Eppus.

26. *Luzern / 1588*

Die 23. Octobris (1588) Ecclesia cum capella in monasterio prope januam situata loci Lucernensis ab Illmo. ac Rmo. D. Octavio Paravicino Nuntio Apostolico in honorem B. Mariæ Virginis Assumptæ, S. P. N. Francisci, necnon s. Galli Abbatis consecrata fuit, sacellum vero in honorem ss. Ursi et sociorum Martyrum. Anniversarius dies dedicationis est in ipso festo s. Galli, videl. 16 Octobris tam in ecclesia quam in capella. In ecclesia tria fuerunt erecta altaria et unum in sacello.

Provinzarchiv Bd. 115 S. 51 (S. Fidelis-Gl. I, 78), wo irrtümlich 24. Okt. steht. Siehe: P. Theobald, U. L. F. auf d. Wesemlin, S. 143. Weiheurkunde fehlt.

27. *Sursee / 1608 / 1705*

1. Joannes Jacobus Episcopus Sebastiensis Revdmi. et Illmi. Principis et Domini, Domini Jacobi Episcopi Constantiensis, Dni. Augiæ divitis, et Oeningæ etc. Vicarius in Pontificalibus Generalis, Custos, et Canonicus ejusdem Ecclesiæ Cathedralis Constantiensis consecravimus templum hoc RR. PP. Capucinorum in Sursee, in honorem B. Mariæ Virginis, et S. Michaelis Archangeli. Tria vero subsequencia Altaria: primum in honorem B. Mariæ [Virginis, et S. Michaelis Archangeli, et omnium Sanctorum Angelorum, et reliquias S. Beati Confessoris, S. Georgii Martyris, Sanctorum quatur Coronatorum et S. Catharinæ Virginis et Martyris in eo inclusimus. — Secundum vero ad cornu Evangelii in honorem S. Mariæ Magdalenæ, S. Claræ, S. Catharinæ, S. Ursulæ et Sociarum; Reliquias S. Thomæ Apostoli, S. Mariæ Magdalenæ, S. Martini Confessoris et Episcopi, et S. Ursulæ includendo. — Tertium denique ad cornu Epistolæ in honorem S. P. N. Francisci Confessoris, S. Bonaventuræ et S. Antonii de Padua; et Reliquias S. Joannis Baptistæ, S. Apiani, S. Lucii, et Sanctorum quorum nomina sunt in libro Vitæ in eo inclusimus. Singulis Christi Fidelibus hodie unum Annum, et in die Consecrationis anniversario huiusmodi, nempe Dominica præcedente festum SS. Simonis et Judæ Apostolorum, devote illud visitantibus 40 dies de vera indulgentia in forma Ecclesiæ consueta concedentes. Actum Sursee die festo SS. Apostolorum Simonis et Judæ. Anno Domini millesimo, sexcentesimo octavo, Indictione sexta.

Augustinus Rogg Presp. Notarius.

2. Vincentius Bichius ex Marchionibus Arcis Albinæ, et Comitibus Reschi Dei et Apostolicæ Sedis gratia Archiepiscopus Laodicææ, ac Sanctissimi D. N. D. Clementis divina providentia Papæ XI. et ejusdem S. Sedis ad Helvetios, Rhætos, et eorum Subditos et Confoederatos, necnon ad Constantiens. Basiliens. Sedunens. Curiens. et Lausannens. Civitates et Diöceses, cum Potestate Legati de Latere Nuntius, ac ejusdem Sanctissimi Prælatus Domesticus, et Assistens.

Universis, et Singulis præsentibus litteras inspecturis, lecturis, pariter audituris salutem in Domino sempiternam. Notum facimus et attestamus, quod Nos die 14. Octobris 1705. Ecclesiam PP. Capucinorum Surlaci Constantien. Diöc. in honorem Sancti Michaelis Archangeli consecravimus, et in omnibus Altaribus in ea existentibus Reliquias Sanctorum inclusimus. Idcirco omnibus et singulis Chri. Fidelibus in die anniversario dedicationis ipsam Ecclesiam visitantibus, et pro felici Sanctitatis Suæ ac S. Romanæ Ecclesiæ statu orantibus, quadraginta dies de vera indulgentia in forma Ecclesiæ consueta auctoritate Apostolica, qua in his partibus fungimur, tenore præsentium concedimus et impertimur. In quorum etc.

Datum Lucernæ ex Palatio Sacræ Nuntiaturæ 20. 8bris 1705

Kopie im Sig. V. Bichi Epus Laodi Nun.us Apost.cus
Provinzarchiv Cista 6E,47 S. Joannes Bapta Castoreus Cancell.